



**R.P.D. Lvdovici Gomes, Episcopi Sarnensis, sacri Palatii
Auditoris, Commentarii in iudiciales regulas Cancellariae**

Gómez, Luis

Lvgdvni, 1557

Regula de ualore exprimendo in duodecim quæstionibus diuiditur, in qua
monetarum huius temporis origines ab alijs ferè in totum prætermiſſæ, ac
carum ualores describuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63697)

Din alia quæst. de illo, qui possedit triennio post sententiã, quæ transiit in rem iudicatã, & post executoriales: quia licet ibi non sit lis, quia finitur per sententiã: tamen ille non est pacificus, vt frui possit beneficio istius regulæ, vt ibi probaui per quandã decif. in n. o.

Tamen prædictis obitãt, quæ conclusa fuerunt in præcedenti q. examinando clausulam lites penitus extinguentes; hic positã, & quæ dixi in reg. de annali. q. 45. dum ibi tracto, an per citationem nullam interrumpatur pacifica possessio requisita in illa regulã, quibus etiã accedunt ea, quæ dixi in regulã de subrogandis. q. 2.

REGVLA DE VALORE BENEFICIORVM IN IMPETRATIONIBVS EXPRESSIMENDO.



TEM voluit, quod in gratiis quas personæ quibusvis de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcunque beneficiorum, quæ dicta personæ tunc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit prouisum, vel concessum, aut mandatum prouideri verus valor annuus per marchas argenti, aut sterlinguorum, vel librarum Turonensium paruorum, seu fiorinos, aut ducatos, seu vnciarum auri, seu alterius monete valor, secundum communem estimationem exprimatur. Nisi motu proprio gratiæ huiusmodi fiant, vel personæ prædicta beneficia, quæ tunc obtinuerint, aut in quibus, & ad quæ ius eis competit, iuxta ipsarum oblationes, vel alias dimittere teneantur. Alioquin præfate gratiæ sint nullæ. Et idem seruetur in expectatiuis de beneficiis obtentis, & in quibus, seu ad quæ impetrantis ius competit, & illorum valore.

P R A E F A T I O.

AVTOR primus istius regulæ, fuit Urbanus III. vt refert Clemens VI. in quadã extrãvaganti, de qua inferius facio mentionem, Sed in volumine regularum, non Urbanus III. sed Urbanus VI. reperitur huius regulæ inuentor. Nam super valore exprimendo in gratiis, quatuor regulas edidit. Primã, circa gratias & beneficia obtenta, quam publicauit vndecimo Calendã Martij, sui Pontificatus.

Pontificatus anno primo. de qua facit mentionem Rota A
 decif. 19. de prab. in no. Secundam, circa impetrantes be-
 neficia vacantia, vel certo modo vacatura, quam publica-
 uit 8. Calendas Maij anno tertio. Et ex istis duabus Ioan.
 23. vnam tantum regulam fecit, ex qua sumpta fuit ista mo-
 derna, quam modo habemus. Tertiam deinde regulam
 publicauit de valore exprimendo in beneficiis vniendis.
 Et istam etiam sequuti sunt omnes successores vsque in
 hodiernum diem, nihil immutando. Quartam vero circa
 beneficia impetrata motu proprio, in quibus voluit etiam
 mentionem fieri de valore. Et ista fuit vltima eius regula
 publicata 7. Calendas Iunij, anno quinto, quam sequutus
 fuit solus Martinus 5. Et de illa facit mentionem Petr. de
 Ancha. in consil. 297. efficacibus. in prin. Et de vtraque B
 meminit idem Petr. de Ancha. in consil. 295. incip. pro cla-
 riori. Et licet Fely. in c. ad aures. in 5. & 8. conclusionib. de
 rescrip. asserat Urbani reg. tantum loqui de dignitatibus
 impetrandis motu proprio, allegando Petr. de Anchar. in
 d. consilio: tamen Petr. de Anchar. hoc non dicit, neque
 hoc cauebatur in reg. sed illa indistincte loquitur de qui-
 buscunque beneficiis. Quam postea solus Martinus 5. vt
 dixi, est imitatus. Alij vero omnes tam antiqui, quam mo-
 derni Pontifices reg. illam, quo ad motum proprium, sus-
 tulerunt. Et primus fuit, qui hoc sustulit Ioan. 23. qui edi-
 dit regulam nostrae modernae similem, de qua facit men-
 tionem idem Petr. de Anchar. in consil. 138. incip. de natu-
 ra & efficacia. Et Ioannem 23. Eugenius & Nicolaus, & C
 post ipsos omnes successores Pontifices (excepto Marti-
 no) vsque ad nostra tempora sunt imitati, nihil penitus im-
 mutando, neque ad regulam addendo. Tamen Clemens
 vt ante omnes istos circa valorem in literis exprimen-
 dum, quandam constitutionem extrauagantem fecit, se-
 quutus Urbanum 1111. praedecessorem suum: in qua plus
 voluit habere locum in permutationibus. Quae quidem
 extrauagans hodie adhuc allegari posset in iudiciis, at-
 tento quod non reperitur reuocata per successores Pon-
 tifices. Et ob eam causam placuit hic eam inserere. Cu-
 ius tenor talis est: Dudum feli. recordat. Urbanus pra-
 decessor noster, inter alias ordinationes per eum pro-
 niq; factas, instituit, quod in quibuscunq; gratis aposto-

Dicis de beneficiis vacanti bus, seu certo modo vacatis beneficiorum, quæ obtinent, in quibus gratia sunt concessæ, seu de quibus eis prouisum vel mandatum fuerit prouideri, veri valores exprimentur: aliòquin gratia nullius existant roboris vel momēti, nisi proprio motu cōcessæ fuerint, vel huiusmodi beneficia quæ obtinent, se asserant dimissuros. Et nuper accepimus à nonnullis in dubium reuocari, an idem prædecessor sub ordinatione prædicta, beneficia quæ ex causa permutationis post editionē factæ ordinationis, quæ permutantibus autoritate apostolica hætenus sunt collata, si conferantur, voluerit comprehendendi. Ad huiusmodi tollendum dubium, præsentis tenore declaramus, beneficia eiusmodi post eandem ordinationē

E per præfatum prædecessorem, seu ipsius autoritate, ac per nos, ex nostro mādato, ex causa permutationis quibuslibet personis quoquo modo collata, seu quæ in posterum conferentur, debuisse & debere comprehendendi, &c. Ex ista igitur constitutione extrauag. habemus originem istius regulæ, & extensionem ad alium casum in regula non expressum, quod est notandum. Et est aduertendum, quòd regula ista varias habuit rationes. Nam quidam existimant eam editam causâ tollendæ auaritiæ, ne scilicet per taciturnitatem valoris, aliquis vitra merita, & plusquam oporteret, de beneficiis ecclesiasticis caperet, & ita per falsam valoris expressionem, debitus dispensationis modus papæ (cui est hæc cura à Deo demandata) tolleretur. c. quia nōnulli. de cler. non resi. & in hac opin. fuit Abb. & Fely. in c. ad aures. de rescrip. Alij totum hoc ad commodum burlesæ officialium retulerunt. Quidam verò propter annatas, ne defraudarentur, regulam factam fuisse existimant. Et istorum opinio magis recepta videtur, ex eo, quia regula ista de valore adhæret taxis annatarum. Nam videmus, quòd in beneficiis, in quibus non soluitur annata, non exprimitur valor, vt patet in monasteriis monialium & hospitalibus datis in administrationem, vt inferius dicitur. Et hac ratione, quia Cardinales annatam non solunt, per consequens isti regulæ secundum communem opinionem non subiiciuntur, de qua dicam in i. q. Et licet ista tertia opinio, siue ratio istius regulæ, quæ fundatur in annata, sit magis frequens: prima tamen ratio plurimum iuris fomen-

tum habet. Et potest vtraque ratio militare, vt videlicet re- **A**
 quiratur expressio valoris, ne sic impetrantes raperent sti-
 pendia plurimorum, contra dispositionem concilij genera-
 lis, de quo in c. quia nonnulli. quod est in fraudem paupe-
 rum clericorū altari seruentium, quibus subueniri posset,
 & propter quos beneficia videntur inuenta, iuxta ca. cum
 secundum. de præb. introduci videretur. Et etiam, ne per
 huiusmodi valoris taciturnitatem annatæ defraudentur,
 quæ ad subuentionem papæ, & Card. indigentium intro-
 ductæ fuerunt, sicut & charitatiua subsidia, vt tradunt Fer-
 nandus Cordub. Hispanus in tract. annatarum. & Barth.
 Delenzinus in tracta. de cha. sub. q. 16. Vt igitur fraudes hu-
 iusmodi euitentur, composita fuit ista reg. Sed est vltius
 præmittendum, quod ante editionem istius regulæ, duo il **B**
 taxarum libri, quibus nunc sedes apostolica vitur, inuen-
 ti fuerunt. Quorum primus mercedes officialium expedi-
 tium literas apostolicas, taxat. Secundus valorem benefi-
 ciorum consistorialium, ex quib. annatæ solui debent, de-
 scribit. qui quidem libri ante editionem istius regulæ, seu
 alter saltem eorum videbatur ferè inutilis, cum nemo ad-
 stringebatur de iure communi valorem exprimere, vt dicit
 glo. in cl. i. de præb. edita verò regula illi libri receperunt
 spiritum vitæ. Quorum librorum (vt opinor) inuentor Ioā.
 22. fuit. de primo nullus dubitat eum fuisse inuentorem,
 cum curia resideret Avinione. quod etiam ex genere mo-
 netæ Turonensium colligitur, quæ nunquam cognita fuit
 in curia Romæ nisi post reditum curiæ in urbem, & tamen **C**
 Ioan. 22. ibi taxas composuit, numerum scriptorum apo-
 stolicorum distinguens. Et sub eadem moneta ibidem Be-
 nedictus 12. eius successor, taxas sacræ penitentia ordinat
 uit, vt adparet ex ordinationibus eiusdem Benedicti, vt au-
 tor est Polydorus lib. 8. de inuentor. rer. cap. 2. Secundum
 verò librum, qui beneficia consistorialia & annatas respi-
 cit, eundem Ioan. inuenisse, ex eo coniecturâ capimus, quia
 in illo libro beneficiorum valor, per florenos auri designa-
 tur, quod genus moneta primus omnium Pontificum Ioā. 22.
 cudi iussit. Nam cum hæc moneta primùm à Florentinis
 originem habuisset. & postmodum per admisionem aris
 à quibusdam populis adulterata fuisset, Ioan. 22. sub ana-
 thematis pœna prohibuit, neminē dextero, præter Flo-
 rum

Drentinos eius inuentores, monetam illam debere cadere, quam quidem prohibitionem non seruauit: quia eundi ius sit florenos eiusdem bonitatis, quo erant Florentini, mutatis in aliquo eorum signis. Nam loco S. Ioan. adposuit myriam circumscriptam literis nominis sui. Ex altera uero parte erat flos Lilij, circumscripta istis literis, uidelicet S. Petr. S. Paulus, ut de istis omnibus autor est Ioã. Villanus, antiquus Florentinorum historicus. in lib. 9. Chronicorũ Floren. 100. 279. ex quibus liquidò adparet ab eo tempore florenorum usum, de quibus in taxis sit mentio, ad sedem apostolicam delatum fuisse. Fuit enim Ioan. 22. circa taxas & annatas impensè studiosus bonusque domus sue paterfamiliã. Nam ut aliã dixi in proœmio regularum, Ioan. præter industriam huius rei, plura alia noua inuenit, repertoria alphabetica componens, quibus res omnes nota dignas, ueluti horreo quodã conderet, ut eis, cum opus esset, ad libitum ueretur, ut de hac re solus Franc. Petrar. lib. 2. rerum memorabilem, tract. 3. cap. 53. autor est. deinde prædictũ librum primum taxarũ officialiũ Pius Secundus, propter nouam creationem abbreviatorum ampliauit. & postea Sixtus III. qui longè plura officia noua creauit, easdem taxas locupletiores reddidit. Postremò, Leo 10. qui etiam innumerabilia officia noua induxit, eas in immensum creuit. Ex quibus quidem nouis & quotidianis exactionibus, verificatum fuit dictum Alphõsi Regis Aragonum, relatum per Anto. Panor. in libello de dictis Alphõsi, dicentis, Harpyias non amplius insulas colere, sed ex insulis in Romanam curiam migrasse, ibique iam domicilium suum constituisse. de quo meminit Felyn. in c. secundo. in octaua colum. de rescript. Secundus liber taxar, qui beneficia consistoria præscribit, & annatas respicit, in eodem ferè statu mansit. Qui quidem taxarum libri de facili defraudabantur, nisi Urbanus, qui multa alia uilia cogitauit, remedium inuenisset, per editionem prædictarum regularum, quas successores pontifices, pro se quisque in melius reformarunt, donec Eugenius ex illius quatuor reg. Urbani, vnã tantum regulam fecit, quæ sufficere uidebatur, à qua sumpta est ista moderna, quæ nunc inter manus uersatur. Et licet præfati summi pontifices plenè huic parti de valore exprimendo, ut eis tunc uidebatur, occurrissent nihilò

nihilominus illud de gratis expectatiuis, an videlicet ex-
 A primis deberet in eis valor, omiserunt, quod Gregorius x i.
 primus omnium reparauit, regulam de valore exprimendo
 beneficiorum obtentorum, in gratis expectatiuis inue-
 niens, quam postea multi pontifices successores particula-
 ritas sunt sequuti, quaedam ad illam addentes. Sed ad istam
 regulam modernam, de qua loquimur, nihil penitus addi-
 derunt, vel immutarunt, sed in omnibus cum antiqua con-
 cordat: & ideo vniformis erit in ea decisionis ratio.

QVAESTIO PRIMA.

QVAESTIO igitur primò, an regula ista comprehen-
 dat Cardinales?

SOLVTIO. Tex. regulae in illis verbis, personis
 quibusuis videtur innuere cardinales comprehendendi, quia B
 illa distinctio vniuersalis comprehendit, quos specialiter non
 excipit, vt late probat Alexan. in consil. 30. incip. pondera-
 tis. in 4. col. vol. 5. & Rom. consil. 31. col. 1. facit text. in c. eos.
 §. si. de senten. excom. lib. 6. c. cum sexcentis concord. de quib.
 per Curium iuniorum in consil. 1. in 1. colum.

In contrarium tamen plura facere videntur: quae breui-
 tatis causa perstringam, eum iam superque satis super ista
 quam in prooemio regularum, quam in regu. de infirm. re-
 lig. & multis aliis regulis disputauimus. Quamobrem ea
 solum hic adducam, quae alias in praedictis locis non scripsi.
 In primis igitur, vt caetera omittam, & vnico verbo conclu-
 dam medulla istius difficultatis, ista opinio, videlicet quod
 cardinales regula ista non adstringantur, est communis, & C
 a Docto. recepta, quae expressè tenet Pet. de Anch. in cõsi-
 295. incip. pro clariori. vbi plura fundamenta ponit. Et cū
 ea transit Bar. Belenzinus in tract. de cha. subli. quaest. 66.
 in 6. eolum. & alij plerique Moderni. Et fundatur principa-
 liter hac opinio inter alia, hac ratione, quia ista regula est
 extrorbitans à regulis iuris communis, & ideo debet tan-
 tum restringi ad casum, in quo loquitur. Propter quā ra-
 tionē dicit ibi Belenzinus, Rotam, eo praesente, iudicasse
 extrauagantem Bonifacij v i i. incip. iniuncte. sub tit. de
 elect. Cardinales non comprehendere. cū qua opin. vitus
 fuit etiā tacite Felv. sibi cōtrarius trāsire in c. causam. el. 2.
 in 4. col. de test. & in c. in eos. in fi. de har. & alibi saepe. Et
 secundum istā opin. consuluit Ioā. Fran. de S. Nazario de

D Ripa, vir eruditissimus in consil. 15. posito in lib. 1. responsorum, sub titulo de legib. & long. consue. nouiter impresso. Vbi pro hac parte plures autoritates adducit. Et ultra ipsum, istam opinionem in specie late defendit Andr. Sicul. in consil. 23. incip. scripsit propheta, & c. in 5. col. in c. dubio lib. 1. Et idem And. latius hoc idem reassumit in cap. in nostra. in 2. col. de rescript. quo loco in indiuiduo dicit istam opin. videlicet, sub dispositione istius reg. odiosæ cardinales non comprehendi, firmam esse, sicut firma petra. Et ita etiam reperio tenuisse Ioã. Bap. de S. Severino, quondam celeberrimum aduocarum, in quibusdam notis grariarum, qui allegat ultra Petrum de Ancha. Old. consil. 221. 293. & 321. & Pauinum in extrauag. ad onus. cum similibus.

E Quid in tanta varietate dicendum? Teneo primam opin. prædictis non obstan. motus ista ratione, quia clarum est, quod creatori Deo, & vicario creatoris subiecta est vniuersa caro, vt dicit Inn. Abb. & ceteri in ca. 1. per illum text. de constit. Sed ab ista reg. generali non reperiuntur excepti cardinales. Igitur subiicientur eius constitutioni, nisi eos excludat. Nam speciale est in papa conditore, ne ligetur sua lege, quia à nemine iudicatur: & vt sit differentia inter ligatum, & ligantem. c. si. de instit. cum vulg. Sed ista ratio non militat in cardinalibus. igitur, & c. Alias si contrarium diceremus, essent acephali, & sine aliquo superiore, & ceterarent de paritate cum papa. Et sic non posset eos constitutionibus suis punire, cum par in parem non habeat imperium, vulg. l. nam & magistratus. ff. de arb. Hoc tamẽ absurdum esset dicere: quia perinde haberetur, ac si duo in ecclesia capita fingeremus. quod vt monstrum abhorret text. in c. quoniam. de offi. ord. Igitur dicamus eos comprehendendi: quia lex omnes subditos ligat, nisi excipiantur. l. princeps. ff. de legi. c. omnis anima. de censib. Accedit ad hoc, quia verba generalia in constitutionibus ad hoc ponuntur, vt per illa comprehendantur illi, qui alias simpliciter non comprehenderentur: vt probat Dyn. in rub. de reg. iur. lib. 6. & gl. in clem. 1. de re iud. lib. 6. in verb. quauis. & in clem. 1. in verbo, quibuscumque. de iud. cum concord. vt notabiliter scribit Gemin. in consil. 65. incip. discutiam. in 3. col. Sed in præfenti regula sunt posita ista verba vniuersalia & prægnantia, personis quibusuis. Ergo dato, quod alias constitutio

ratio
vbi ver
adpar
essent
fi. quo
ab re
rub. d
cor
di non
datur
Pos
si pro
regul
pis, q
ctu o
tatis
culof
cunt
tas m
& ibi
Hinc
ri ad
dere,
alia r
maio
vt dia
latum
disal
xi po
posit
cend
yreb
dice
Ru
aene
dunt
post
mo
mer
& de

ratio simpliciter prolata, cardinales non cōprehenderet, A
 ubi verò profertur cum clausulis prægnantib. & generalib.
 adparet voluisse illos comprehendere: quia alias illa verba
 essent superflua, quod non est dicendum, iuxta l. primam.
 ff. quod met. cau. & ca. si Romanorum. 19. dist. Et ideo non
 ab re Felynus in c. cum in iure peritus. de offic. deleg. & in
 rub. de ma. & obed. & hic in quibusdam suis breuib. &
 corruptissimis apostillis dixit, quòd de stricto iure defen-
 di non potest illa opinio, quòd cardinales non cōprehen-
 datur in dispositione generali habete clausulas prægnantes.

Postremo, hæc opinio potest alio motivo adiuuari: quia
 si propter dignitatis prærogatinã dicimus, cardinales sub
 regula non comprehendi, idem dicendum esset de episco-
 pis, quorum dignitas maior est cardinalatu, saltem respe- B
 ctu ordinis. Nam episcopi dicuntur habere culmen digni-
 tatis, vt dicit gl. in c. 2. de præbend. lib. 6. & in c. quàm peri-
 culosum. de sentent. excom. lib. 6. Cardinales verò non di-
 cuntur habere dignitatem, sed officium, & tamen digni-
 tas maior est officio, vt dicunt Doct. in c. cum accessissent.
 & ibi declarat Abb. de constit. & in c. de multa. de præben-
 Hinc est, quòd de iure antiquo episcopus debebat postula-
 ri ad cardinalatum: quia dicebatur descendere, & nō ascen-
 dere, vt latius dixi in proœmio regularum in 1. q. quod nō
 alia ratione prouenit, nisi quia episcopatus reputabatur
 maior cardinalatu, vt notatur in c. quãquã. 2. q. 7. Et ideo,
 vt dixi, episcopus dicebatur per assumptionem ad cardina- C
 larum descendere, & non ascendere, vt tradit etiã d. Guñ
 disal. de Villadiego in tract. Card. quinta. q. principali. & di-
 xi post Abb. in c. ecclesia. el. 2. de electio. & in cap. bonæ. de
 postul. præla. Et tamen attenda ratione prædicta, idem di-
 cendum esset de episcopis, quòd sub ista regula non com-
 prehēduntur. hoc autem est absurdum dicere. Igitur idem
 dicendum erit de cardinalibus.

Rursus pro ista parte facit, quia sub cōstitutione concer-
 nente commodum animæ, cardinales & omnes cōpreheu-
 duntur, vt dicit Domi. & alij in c. nemo. & ca. sciant cuncti.
 post gl. ibi, de elect. lib. 6. Sed ista reg. continet in se com-
 modum animæ. Nam per expressionē veri valoris, nec ca-
 mera apostolica, nec officiales curiæ, qui summi pontificis
 & dem sequuti, sua officia ex causa onerosa emerūt, defrau-

Dantur: hanc enim fraudis prohibitionem ad commodū animæ pertinere nemini dubium est. Nam aliquem defraudare, sine peccato & periculo animæ non possumus, ut in specie dicit doctor ille practicus & antiquus Cancellariæ apostolicæ corrector in lib. nuncupato, Practica cancellariæ. fo. 47. Sicut etiam dicunt omnes Summistæ in verbo, gabella. quòd licet gabella grauent subditos: tamen sine peccato non possunt fraudari, ex quo sunt impositæ ab habente potestatem. Cùm igitur taxæ beneficiorū sint impositæ de mandato pontificum, ad effectum, ut per expressionē veri valoris, iura camera & officialiū secundum taxam ordinatam soluantur, meritò illas defraudantes per expressionem falsi valoris, peccant. Et licet ista ratio non **E** cōcludat ad cardinales, quia liberi & exempti sunt à taxis, sed cōprehendat alios: militat tamē in eis secūda ratio finalis istius regulæ. quæ fuit, ne ex taciturnitate veri valoris vnus stipēdia plurimorū caperet, & plus fortassis quàm mereatur & ita pauperes clerici, quib. de reliquo provide ri debet, defraudētur. Nā cū aliqua constitutiones sint, quæ cardinales nō possint impetrare, nisi vsque ad certā summā, ut hodie est cautū in cōcilio Latera. sessione nona, certē si illi nō sunt subiecti huic regulæ, pauperes poterūt defraudari: præsertim cū lege etiā caueatur, quod si aliquis habeat necessaria ex vno beneficio, non debet aliud beneficium impetrare, nisi hoc dicat. Quod multis rationib. probat Ioā. de Lignano in tract. de pluribus benefic. Nā ut dictum est, taliter impetrantes vsurparēt stipēdia plurimorū, quod fedit in graue animæ periculū, ut dicit text. in c. quia nonnulli. de cler. non residē. & in c. quia in tantum. de præb. Quæ mala & absurda, sicut ex taciturnitate vel mala expressionē valoris facile sequi possunt: ita per eius expressionē verā omnino tolluntur. Nā per verā valoris expressionē Ro. pontifex redditur certus quātitatis cōcedendæ, & aliquādo iustis de causis cōcedet vni plus, quem cognoscit capacē ac vilem ecclesiæ, & benemeritū tanti valoris, quod alteri denegabit, propter incapacitatē petentis. Et isto modo sciens dispensabit redditus ecclesiarum secundum merita & exigentiam personarum. arg. eorum, quæ not. in c. de multa. de præb. Et istam rationem ponit in terminis Abb. in c. ad aures. de rescrip. & ad prædicta facit cō
adeo

adeo. eod. titu. & c. de monachis. de præb. & c. l. 21. quæst. 1. A
 Sancta igitur & rationabilis fuit ad hoc istius regulæ con-
 stitutio, quæ summū pontificem concedentē, certiorē red-
 dit de valore, per quē seruatur iustitia distributionis, quæ
 ad ipsum papam nolcitur pertinere, qui non debet vni tan-
 tum tribuere, vt alter esuriat, contra Apostoli verbum, in
 scandalū plurimorum. c. 1. 16. q. 7. Facit c. Vulteranę. 12. q. 2.
 Conueniens inquam, & honesta fuit talis reg. quæ iltis o-
 mnibus medetur, quę denique has fraudes amouet, ac am-
 bitionis & auaritię semina tollit. Quę omnia, cum animæ
 commodū concernant, dicendū est reg. in cardinalibus lo-
 cum habere. Possent tamen prædictę opiniones cōtrarię,
 scđere distinctionis cōcordari, faciendo differentiā inter
 cardinales præsentis in curia, & absentes. Nam in præsen- B
 tibus potest procedere prima opinio, vt videlicet propter
 prærogatiuam præsentialitatis gaudeāt hoc priuilegio, ne
 sub ista reg. comprehendantur. In absentibus verō proce-
 dar secunda opinio. Et ista distinctio potest bene cōproba-
 ri ex iis, quæ dixi in reg. de impetr. benefi. per obit. famil.
 Cardi. q. 17. Et vltra ibi dicta pro ista distinctiōe faciunt,
 quæ dicunt Mod. Hispani repet. l. imperium. num. 55. ff. de
 iur. om. iud. vbi dicūt, quōd cardinales æquiparātur præfe-
 sto prætorio: & ideo illustres appellātur, secūdum omnes
 ibi, & habent merum imperium, vt in c. per venerabilem.
 qui fil. sint legit. quem no. Abb. in c. ex gestis. de cler. non
 resid. Et tamen si fuerint absentes à curia sine causa, quod
 facere non debent, iuxta gl in c. nobilissimus. 97. dist. tunc C
 desinunt esse illustres, nec habent merum imperium. Imò
 si cardinalis abest causa legationis, nō dicitur illustris, sed
 spectabilis, quia æquiparatur proconsuli. c. 2. de offi. leg. &
 tamen si manet in curia, dicitur illustris. Magnū igitur est
 priuilegium præsentialitatis curiæ. Pro quo facit vnum si-
 mile. Nam consules sunt superillustres, vt tenent commu-
 niter Doct. in l. i. ff. de offi. eius, cui mand. est iur. Tamen si
 recedebant à latere principis in legatione, effūciebantur
 spectabiles, vt. ff. de offi. proconf. & declarat ibi gloss.

QVAESTIO SECYND A.

QVAERO, an regula ista habeat locum extra curiam
 in impetrationibus factis à legatis?

SOLVTIO. In legatis dicendum videtur, quōd

D sic: quia ratio mouens conditorem adstringentem impetrantem ad exprimendum valorē, est illa, quam ponit Abb. in d. c. ad aures. in 3. col. vers. puto tamen. de rescrip. videlicet, ne cui libet permittatur temporalium dispensatio, nisi secundum qualitatem personæ. Nam talis est aptus ad habendum beneficium tenue, qui est omnino ineptus ad habendum beneficium pingue. Proinde quantitas expressa reddituum, principem subtrahere aut inducere posset ad concessionem, vel denegationem gratiæ. Ideo vtile & necessarium videtur valoris expressionem fieri. Hęc est ratio, quā assignat Abb. ad regulam Urbani, quæ (vt dixi) concordat cum ista ampliando eam, vt in q. superiori. Sed ista ratio militat in legato, ergo & in eo habebit locum dispositio.

E Suadetur hoc, quia videmus omnes subreptiones, quę vitiant gratiam Papę, vitiant etiam legati gratiam: vt not. voluit domin. Anton. cardi. & Imol. in clem. 2. in 2. notab. de offi. ordin. & Domin. in c. fin. in 2. not. de offi. deleg. lib. 6. Et Marian. consi. 14. quæritur. Et ante ipsum hoc tenet N. Milis auditor, in verbo, gratiam impetrans.

Et ista æquiparatio facta est de iure antiquo, vt in d. c. fi. & dicta cle. 2. Dispositio ista igitur nouiter procedens, loquens de papa, debet etiam habere locum in legato: quia quando duo sunt æquiparata de iure antiquo, dispositio postea loquens in vno, debet habere locum in alio: vulg. si quis seruo. C. de furt. Accedit, quia magis militare debet dispositio istius reg. in legato, quàm in papa, cui iurisdic-tio

F legati sit odiosa, extraordinaria, & superinducta: quia venit in diminutionē iurisdictionis ordinarij, vt dicit gl. in d. cle. 2. Ergo de facili restringibilis. c. mandatū. & c. Abbatē. & c. literis. de rescrip. Et patet hoc exēplo, de quo Paul. & Imol. in d. cle. 2. meminerunt, dum dicūt, q̄ in facultate dispensandi, legato cōcessa, subintelligitur, dūmodo dispensati in dispensatione mentionē valoris beneficiorū faciāt: aliās dispensatio non valebit, volentes in hoc extēdere iura, de collatione tantum loquētia ad istū casum dispensationis, ex quo in eo est eadē ratio, quæ in papa consideratur. Pro quo facit gl. in cle. literas. de rescri. quæ extendit illam dispositionē de literis papę, ad legatū, per eandē rationē: quia dispositiones legati facilius restrictionem recipiunt, propter minorē potentiā, quàm papę. Itaq; idē dicendum est

est in restrictione facta per istam reg. cum sit maior ratio **A**
 propter minorē facultatem. Et q̄ per idēitatem rationis
 debeat fieri extēsiō in casu nostro, vbi tractatur de restrin-
 genda ampliatione beneficiorū, tenet expressē Imol. in d.
 cle. literas. reddēs rationē extensionis, quā ibi à gl. conce-
 ditur in casu exorbitante, vt illud procedat propter æqui-
 tatem, quę inest dispositioni refrenanti ambitionē acqui-
 rendi beneficia, quæ quidē ratio militat in literis legati, vt
 dicamus iudicandum esse in regula ista, cum ibi dispositio
 militet, vbi illius ratio militare videtur. c. inter. de translat.
 episcop. Et ista opinio iustificatur etiam ex verbis istius re-
 gulæ, quę adaptantur etiam legatis. Nam illa verba (in gra-
 tuis de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis)
 hic posita, verificari possunt in legato, qui dat gratias de
 vacantibus. c. 1. & fi. de off. leg. lib. 6. tenet Imol. in d. cle. li. **B**
 teras. Et dat etiam gratias reservationis ad beneficia vaca-
 tura. c. penul. de off. leg. eo. lib. & notatur in c. hi qui auto-
 ritate. de præb. lib. 6. tenet Imol. in d. cle. literas. & latius
 Gaspar de Perusio, in tract. reseruat. fo. 19. Et exceptio quę
 hic ponitur de gratiis factis motu proprio, etiam in lega-
 to militat, qui etiam gratias motu proprio concedit secun-
 dum communem opi. gl. & Doct. in c. fin. de offic. leg. lib.
 6. & in cle. fin. de offi. ord. tenet Glossator suprā in regula
 15. Et dixi latē in rubr. de rescript. lib. 6. & in reg. de annali.
 in 9. vel 10. quæst. Cum igitur mens, ratio, & verba regulæ
 verificentur in prouisionibus legati, meritō sub illa com-
 prehendi debent: arg. l. ab omnibus ff. de leg. 1. Et ita cum
 ista opinione videtur transire do. Guliel. in collecta. decif. **C**
 super reg. de infirmis resignantib. Vbi dicit, quod reg. ista
 ideo non procedit in ordinario, sed in papa, & legato, ex
 eo, quia ordinarij intendunt prouidere ecclesie: papa verō
 & legati, personis, vt dicit Card. post Lauren. in d. cle. 2. Et
 hoc videtur sentire Fely. licet aliquantulum se inuoluat, in
 ad aures. in 14. conclusionē. de rescript. Et sequuntur Mo-
 derni in tracta. beneficiorum, in tertia parte. q. 12. vers. 13.
 qualitas. Et finaliter secundum opinionem istam iudicauit
 Rotā in vna Burgen. beneficiorum, coram domino Camil-
 lo de Ballionibus. 16. Decembris, me tunc presente, & pri-
 mo responsali. Et inter alia mouebatur Rotā his motiuis.
 Primo, quia literæ legatorum dicuntur apostolicæ. cap. 6.

D apostolica. & c. hi, qui. de præb. lib. 6. & notatur in c. si abbatem, de elect. lib. 6. quia in prouincia sibi decreta representat papam, vt notat Bonifacius in clem. 1. num. 12. de of. si. leg. Et latius Gundisal. in tracta. de leg. q. 9. prima: partis. Cùm igitur regula ista loquatur de literis apostolicis, habebit locum in legato.

Præterea, mens regulæ in eo verificatur, quia siue regula edita sit propter annatas, siue ex eo, quia papa non habet notitiam personarum, vtroque modo rationes istæ militant in legato: quia de eius prouisionibus annatæ soluntur, & eodem modo legatus non cõsetur habere notitiam personarum, sicut papa. Hinc est, quod papa & legatus dicuntur prouidere personis, Episcopi vero ordinarij, quia præsumuntur habere notitiã personarum suarum diocesis, dicuntur prouidere ecclesiis, vt dicunt omnes in clem. 2. de off. ord. & tradit Fely. in c. ad aures. in 14. q. de rescript.

Præterea, quia videmus quod legatus, qui iurisdictionem suã reasumit à Curia Romana, præsumitur scire ea, quæ versantur in ea, & per consequens regulas istas Cancellariæ, quæ in ea publicantur. Vnde quando persona trahit originem suã potestatis, & dependentiã à curia, ligatur regulis Cancellariæ, vbiq; tam in curia, quàm extra curiã. Ita dicit Fely. in c. 2. in penul. col. vers. regulæ Cancell. de rescript.

Præterea, quia legati dicuntur omnia seruare, & seruari facere, quæ solent à delegantibus obseruari. Et id quod mouet delegantem, mouere etiam debet delegatum. Notat Frat. Gemin. post Archid. Ioan. And. & alios in c. 3. post tertiam gloss. de præb. lib. 6. Et in æquiparatis dispositum in vno, habet locum in alio, vulg. l. si quis seruo. C. de furt. Ex istis, & pluribus alijs motiuis, quæ breuitatis causa omittuntur, mota fuit Rota ad sic tenendum. Et ita etiam sententum fuit tempore Sixti, prout reperio adnotatum in memorialibus antiquis.

QVAESTIO TERTIA

QVAERO, an regula ista habeat locum in monasteriis monialium, vel alijs quibuscunque, siue illa sint consistorialia, siue non?

SOLVTIO. Videtur prima facie dicendum, quod non, ex eo, quia in illis cessare videtur ratio istius regulæ, quæ fuit propter euitandas fraudes annatarum, cum de monasteriis

monialium ex consuetudine curiæ non solet solui
annata, sed vnum rochetum, vt est etiam cautum in con-
cilio Basilien. fol. 4. in 4. col. Igitur videtur, quod non sit
necessaria mentio valoris, præsertim, quia dispositio ge-
neraliter loquens, non habet locum in monasteriis, de
quibus consultorialiter prouidetur, vt dicit Lap. alleg. 84.
vt dixi in regula, de infirmis resignantibus. & idem tenet
Archid. in c. 2. de præbend. libro sexto.

Quibus tamen non obstantibus. contrarium fuit interlo-
quedo dictum in vna Viridunen. monasterij, sancti Mauri,
coram domino Nicolao PicoIomineo. Ratio fuit, quia ex-
pressio valoris non solum fuit inducta per itam reg. pro-
pter fraudem annatarum, sed vt papa per valoris expres-
sionem distribuere ac dispensare beneficia secundum me-
rita & habilitatem impetrantium valeat. Nam ex quo pa-
pa dicitur personis, & non ecclesiis prouidere, vt dixi in pri-
ma questione, per expressionem valoris iudicabit, si im-
petrans idoneus & dignus erit ad tantum pondus, vel ad
tot reditus sustinendos. Et ita papa secundum idoneita-
tem, vel meritum impetrantis, vel concedet vel denega-
bit. Ista ratio militat in monasteriis. Igitur, &c.

Præterea, quia mens istius reg. fuit, ambitionem peten-
tium coercere, quæ ratio militat in monasteriis. Et quia
reg. loquitur indistinctè de beneficiis, habet locum in mo-
nasteriis, quæ appellatione beneficiorum comprehenduntur.

Tamen quicquid sit, hodie de stylo contrariū seruatur,
& ratione: quia de illis monasteriis non soluitur annata, &
ideo nulla sit expressio fructuum. Nam illa est firma propo-
siti apud curiales practicos, quæ expressio valorum, semper
respectu habet ad annatam: adeo, quod à cõmuniter acci-
dentibus, vbi non soluitur annata, ibi valor non exprimi-
tur: secus vbi annata soluitur. Crederè tamè, quod in casibus,
in quibus annata non soluitur, si exprimeretur valor, & ma-
le, quod locus esset isti regulæ propter generalitatè eius, & ra-
tiones superius allegatas: & quia multa expressa nocent,
quæ non expressa non nocent, vt in c. significasti. de elect.
Et in summa pono hic vnâ doctrinam generalem pro fir-
mo, quod monasteria monialiū hodie non subiiciuntur regu-
læ, quia non solunt nisi Rochetū papæ pro annata. Alia
vero monasteria, aut non sunt consultoria, & subiiciuntur

D regulæ propter prædictas rationes. Aut sunt cõsistorialia, & tunc regulantur iuxta librum taxæ beneficiorum cõsistorialium: qui liber hodie habetur pro regula, & ista regula in illis non seruatur. Ratio est, quia attenditur valor monasterij expressus in libro taxæ. Siue igitur quis exprimat plus, siue minus, expressio impetrantis non attenditur, sed libri taxa, iuxta quam fit compositio annatæ. Et ista ratio procedit non solum in monasteriis, sed etiam in aliis beneficiis cõsistorialibus, in quibus non attenditur ista regula, quia in cedula cõsistoriali, quæ habetur pro supplicatione, non exprimitur valor dictorum beneficiorum, secundum veram estimationem: sed attenditur, vt dixi, taxa expressa in libro, quæ firma manet, nec variari potest per assertionem partis, vt dicit decis. 45. ti. de concess. præb. in antiquis. Et hoc est quod voluit Archi. in d. c. 2. de præb. lib. 6. Et ita hodie in curia practicatur, propterea non insisto. Itaque rationes factæ in contrarium, procedunt de iure, non de stylo, cui standum est, vt legitur in c. ex literis. de cõsist. & c. quàm graui. de crimine fals.

QVAESTIO QVARTA.

QVAERO, an militet ista regula in hospitalibus?
SOLVTIO. Io. Baptista Cacialupis, quondam aduocatus celeberrimus, in tract. pensionis. q. 26. dicit, qd si hospitale datur in administrationem, & non in titulum, non requiritur mentio valoris: secus si datur in titulum, per ea quæ notant omnes in cle. si. de off. ordi. Aduertendum tamen est, quia Fel. in c. ad aures. col. si. dicit qd ipse audiuit, quando fuit Romæ, qd si hospitale excedat summam centum ducatorum, tunc requiritur mentio valoris quia soluit annatam. Secus, si non excedat summam prædictam. Sed talis obseruatio hodie non adparet, quia videmus et stylo, qd quando hospitalia dantur in administrationem, vt fructus eius distribuatur in pauperes, nulla fit expressio valoris. Secus verò, vbi datur in titulum beneficii. Potuit esse, qd tempore quo audiuit Fel. erat aliqua cõstitutio, qd fructus hospitalis dati in administrationem, exprimeretur, & tunc fieret illa distinctio. Satis est, qd hodie non est in vsu, & ideo vera est opi. Io. Bap. per ea quæ dixi in reg. de infirmis resign. Et quod dictum est de hospitalibus, idem dicendum est de omnibus redditibus, qui non dantur in titulum, vt altaria, capella

capellæ, oratoria, & mortuaria, & alia, quæ particulariùs **A**
 exemplificat Fely. in ca. in nostra. in primo corollario. de
 rescrip. & in d. c. ad aures. in 9. col. de rescrip. Quæ verba,
 tacito auctore, accepit à Belenzino in tract. de char. subfi.
 q. 76. Declarando tamen, vt per eundem Fely. in d. c. in no-
 stra. in 23. corollario. post And. Sicul. in c. ex literis. de con-
 suet. & Bar. Belenzinum in tracta. de char. subfi. q. 68. & di-
 xi in tract. expect. in 9. formula. nu. 93. Et ea, quæ dicta sunt
 de hospitalibus, dici possunt de præstimonis, de quibus vi-
 denda sunt quæ scripsi in d. trac. expectatiuarum. in prima
 forma. nu. 39. cum seq.

QVAESTIO QUINTA.

QVAERO, nunquid regula ista habeat locum in gra-
 tiis de beneficiis vacaturis? **B**

SOLVTIO. Istud dubium fuit propositum per D.
 Nicolaum Aragonia in vna Zamorè. Thesauraria, de an-
 no M. D. XXXIII. Et tunc pro vna parte dicebatur, quòd re-
 gula tali casu non procedit. ex eo, quia regula ista loquitur
 in impetratione beneficiorum vacantium & vacaturorum,
 quorù potest haberi certitudo valoris. Et hoc indicant illa
 verba posita hìc in tex. ibi (Seu certo modo vacaturis, &c.)
 vt sit sensus, q̄ quando impetratur aliquod beneficiù vaca-
 turù per illos modos in iure expressos, qui sunt modi cer-
 ti, vt per cõtractù matrimonij, ingressus religionis, & simi-
 les. De quibus in regula. 64. tali casu requiritur expressio
 valoris, & procedit ista regula: sc̄o verò in gratiis ad vaca-
 tura, in qb. nõ datur de præsentì aliqs cert⁹ mod⁹ vacadi. **C**

Ex diuerso dicebatur cõtrarium, & ita pro ista parte iudi-
 cavit Rota, corã eo dē D. Nicolao, de mēse Nouemb. M. D.
 XXXIII. Et secundũ eandẽ opinionẽ ita etiam obseruatũ
 fuerat tẽpore Sixti, vt in quibusdã memorialib. inuenio ad
 notatũ. Et pro ista decisione facit in primis textus istius re-
 gulæ, ibi (& idẽ seruetur in expectatiuis, &c.) Facit etiam
 ratio euident, de qua superiùs in aliis quæstionib. feci mē-
 tionẽ. Nã ad hoc requiritur expressio valoris, vt papa sciat
 dispensare patrimonium Iesu Christi, secundũ meritũ per-
 sonarũ petentiũ, vt sic possit vnicuique de redditibus eccle-
 siasticis secundũ meritum, in dustriam, vel habilitatẽ per-
 sonæ prouiderẽ, vt dicit Abb. Fely. & alij in repetit. c. ad au-
 res. de rescrip. Sed ista ratio militat in gratiis de vacaturo.
 M M M

D Igitur militabit etiā dispositio. Et ista opinio suadet, etiā ex generalitate verborū istius tex. qui indefinitē loquitur. Ergo debet intelligi tā de beneficiis vacantibus, quā vacaturis, certis & incertis. arg. tex. no. in c. quia circa. de priui. Nec obstant illa verba (certo modo) quia non indicant modum vacationis, seu formā impetrandi, vt patet in regula de annali, & in aliis regulis, quæ vtuntur simili modo loquendi: & tamē absurdum esset, & contra communem, & receptū sensum, illas regulas ad illos tres, vel quatuor modos vacandi superius nominatos restringere. Quod vterius demonstratur: quia regula ista continet duas partes alternatiuē. Prima est circa beneficia vacātia. Et ista pars intelligitur generaliter de quacūque vacatiōe. Quia quando fit mentio vacationis simpliciter, & nullus modus exprimitur, venit omnis modus vacandi, vt dicit Lopus alleg. 6. in secunda col. cum concord. vt scribit Fely. in c. in nostra. in 37. corrol. de rescri. Et est text. in cap. ex parte. el. 1. de offic. deleg. Si igitur prima pars alternatiuē, de beneficiis vacantibus debet intelligi generaliter, eodē modo secūda pars alternatiuē, de beneficiis vacaturis, debet etiā intelligi generaliter de omni specie vacationum, siue sit per illos quatuor modos certos in cancellaria vsitatos, siue alio quocūque modo etiam incerto: quia vna pars alternatiuē debet intelligi, & declarari secundum aliā, iuxta vulg. dicitur Bar. in l. i. ff. de reb. dub.

QVAESTIO SEXTA.

QVAERO, an regula ista obstet regressui, in quo non est expressus valor secundum communem estimationem, prout hic requiritur, ex eo, quia in prima gratia fuerat expressus?

SOLVTIO. Breuiter istum casum ponit D. Guilielmus hic, in quibusdā adnotationibus, & dicit Rotā tenuisse in vna Burg. beneficij, regulam non obstare: quia sufficit, in prima gratia valorem expressisse. Nam ad illam tanquam ad originalem matricem habetur recursus, vt etiam tunc adnotauerat R. P. D. Simonetta primarius auditor. Si vero in prima valor non exprimeretur, regula obstaret, & ita indicauit Rot. de quo latius per eum.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVAERO, an regula ista procedat in beneficiis commendatis?

SOLVITIO. Rota in vna Taurinen. de mense Decēbri, coram R.D. Ioan. Clerici tenuit, quod non, ex eo, quia regula ista est odiosa, & loquitur de beneficiis vacantibus, & vacaturis, quæ vacatio non verificatur in commēda, vt tradunt omnes in c. nemo. de elect. lib. 6. Et quia in commenda de beneficio non prouidetur, tanquam de vacanti, sed deponitur beneficium ad effectum prouidendi, & ideo manet antiqua vacatio, vt tradit Aret. post glos. & alios in c. si constiterit, de accus. & Rom. cōsil. 150. Verūm quia super ista decisione posset moueri scrupulus ex eo, quia est magnum discrimen inter commendam perpetuam & temporalem, videnda sunt ea, quæ latissimè dixi in regula de triennali. quæstio. 5. & in aliis præcedentibus regulis.

QVAESTIO OCTAVA.

QVAERRO, quare papa hic expressit tot varietates monetarū, & an expressio istarū monetarū debeat fieri secundum æstimationem loci, vbi vacat beneficium, an verò secundum valorem Curia Romanæ?

SOLVITIO. Videtur dicendum diuersitatem istarum expressionis monetarum positam esse ad denotandum diuersitatem nationum & gentium, tunc ad Urbem Romam accurrentium. Quam quidem monetam vnusquisque secundum qualitatem & quantitatem intrinsecā loci beneficii, nō loci impetrationis exprimere tenebatur, vt dicit decis. 64. titulo de rescrip. in antiquis. & ante illam hoc expressius tenuit Old. in cōsil. 168. in cip. ad primam. in tertia quæst. Sequitur Pet. de Anchar. in cle. vnica. col. fi. de concess. præb. & Ioan. And. in addi. ad Specu. eo. titu. in fi. Et hoc consonat isti regulæ non sine ministerio tot monetarū species numerantis. quod aliunde non euenit, nisi quia papa voluit morem gerere visitantibus urbem. Nam illis temporibus omnia ferè regna Christianorum sedi Apostolicæ obediabant, & ad eam, tanquam ad Asylum Romuli confugiebant omnes. Et ita vnusquisque in impetrationibus & literis apostolicis exprimebat valorem per monetā suæ gētis. Tamē considerandū est, si potest teneri cōtrarium: quia text. hic nō disponit expressionē valoris in gratis apostolicis debere fieri secundum æstimationē locorū venientū ad urbem, sed secundum commune æstimationē curia. Itaque secundum hoc locus impetrationis attendetur & ad illius

MM M ij

Loci æstimationē genus illud monetæ reduci debet, quod voluit expresse Egidius decisione secunda. Vbi dicit, hoc ideo factum fuisse, ne papa deciperetur, qui de facili ignorare potest locorum consuetudines circa æstimationes, iuxta capitulum 1. de const. lib. 6. Et ideo licet nomen monetæ in supplicationibus exprimat per libras Turonenses, vel Marchas sterlingorum: valor tamen beneficiorum debet considerari, secundum quod valet in portatis in vrbe, vt refert Glossator in regula. 23. in fine. vbi dicit ita seruare Rotam, & hoc sentit Oldr. in consil. 118. incip. ex virtute. & dixi in tract. expectatiu. numero. 104. Et ista opinio mihi videtur verior, quam videtur tenere Panor. in c. quanto. in vltima colum. vers. quid autem in mandato. &c. de iur. re iur. vbi dicit, quod æstimatio & valor monetæ debet intelligi secundum æstimationem loci concedentis, allegat hoc tenere Guliel. de Monte Lauduno in cle. 2. de deci. qui allegat rationem Egidij. Et videtur ad hoc text. cum gloss. in d. elem. secunda, vbi notant omnes, & sequitur Felyn. in cap. ad aures. in 1. conclus. de rescrip. & illam decif. Egid. sequitur etiam Rochus Curtius in repet. cap. h. in 7. q. de consuet. & ita hodie seruatur.

Et ista omnia de plano procedunt in gratiis principalibus, vt satisfiat regula, & taxis beneficiorum, ne decipiantur officiales. Secus autem est in reservationibus fructuum pro pensionibus; quia tali casu non habetur respectus ad valorem, secundum quem fit expressio in bulla, sed secundum quod valent in partibus: vt conclusit Rota 16. Nouembris m. d. xxxvij. coram me in vna Calaguritan. canonicatus & præbendæ. Iuxta quã determinationē Rotæ ita iudicauit Domin. Ioannes de Anguiano arbiter inter partes electus. Et casus ille talis erat; quia Rodericus de Auila resignauerat canonicatū & præbendā prædictos, quorum valor viginti quatuor Duc. aur. de cam. sec. com. æstim. val. an. non exced. in fauorem Ioan. Lupi, reseruata sibi medietate omnium, & singulorum fructuum prædictorum propria autoritate percipiendorum, leuandorum, & colligendorum, &c. Adueniente tempore solutionis Rodericus partem vini, grani, & pecuniarum vsque ad medietatem fructuum capere voluit. Ioan. verò hoc prohibuit, dicens, non teneri ei, nisi ad duo decim ducatos, quæ erant medietas valoris canonicatus prædicti expressi

in gra

in gratia. Et quia in ea dicebatur fructuum prædictorum, A
dubitatum fuit, quid iuris. Domini omnes dixerunt, medie
tatem illam fructuum debere intelligi, prout in partibus
æstimatur, & valet, non prout in curia: quia illa verba pro-
pria autoritate percipiendorum & colligendorum, &c.
hoc inuunt. Si enim Rodericus capere pecuniam cogere
tur, & ad hoc Ioan. eum cogere posset, frustra in literis re-
signationis dictū fuisse, quod Rodericus fructus propria
autoritate capere posset. Nam pecuniam capiendo non
posset dici fructus percipere, sed valorem fructuum, quæ
sunt inter se diuersa. Vnde ex quo Rodericus non reserua-
uit sibi dimidietatem valoris expressi, sed fructuum, intelli-
getur de illis, qui propria autoritate colligi possunt. Nec
obstat verbum prædictorum. quia non refertur ad valorem B
expressum, sed ad canonicatum & præb. prædictorum. Et
ita intelligi debent secundum mentem resignantis, qui a-
git de damno euitando. Resignatarius verò agit de lucro
captando. arg. l. si. §. in computatione. C. de iure delib. Et
ita dicitur, quod actus agentium secundum eorum inten-
tionem intelligi debent: vulg. l. obligationum substātia. ff.
de act. & oblig. Nec obstat, quod fructus canonicatus sint
expressi ad viginti quatuor. Quia illud potius ex stylo Cu-
riae ne gratia sit nulla, propter istam regulā, si nullus valor
exprimeretur, quàm de iure sit, secundū gl. in cle. i. de præb.
Quia clarū est, quod ferè omnes canonicatus Hispaniæ ni-
hil valēt in portatis. Et quia requiritur in literis expressio
alicuius valoris, ponuntur omnes ad viginti quatuor, etiam C
si fuerit canonicatus Toletanus, qui inibi residēdo ad mil-
le ducatos ascēdit. Adparet igitur, quod illa expressio valoris
magis sit vt satis fiat regulæ, quàm propter alium effectū,
præsertim quia illa expressio valoris, quæ sit in resignatiōe
prædicta magis sit respectu resignatarij, cui prouideri de-
bet, & cuius prouisio fuisset nulla, nisi esset expressus valor,
quàm respectu resignātis, qui isto casu non indiget valore
expresso, cū sine illo posset expedire bullā suæ reseruatō-
nis medietatis fructuū, & illā in partibus exigere: quia re-
gula ista nō habet locū in tali reseruatione fructuū. Et ista
interpretatio est æqua, verisimilis, & rationalis, secundum
quam iudicauit d. Io. de Anguiano, prout dixerat Rota. Et
est notandum vterius, quod licet valor fructuū pro soluenda
M M M iij

De pensione debeat fieri, prout consideratur in partibus. Hoc autem non haberet locum quando fit solutio pensionis in curia: quia solet solui in ducatis auri de Camera, prout sonant littere Apostolicae, licet in partibus sufficeret solvere in moneta, dummodo illa tantum valeat, nec cogitur debitor solvere pensionem in auro. Ut tenuit Rota in vna Elnen. pensionis coram me, inter Dominos Hieronymum de Requesens episcopum Elnen, debitorem pensionis. 400. ducat. super episcopatu Elnen. & Ferdinandum Loazes inquisitorem Cataloniae pensionarium, de mense Nouemb. m. d. xxxix. mota per ea, quae notantur per omnes in l. Paulus. ff. de solut. & in l. 2. ff. si cer. pet. Tamen aliquibus videbatur dura haec decisio, ex eo quia in literis apostolicis dicitur, quod solutio fiat in ducatis auri de Camera, & non dicitur in valore eorum. Unde propter illam qualitatem auri, solutio fieri deberet in auro iuxta decisio. Parlamenti Guido. papa. 492. & Maria. soci. conf. 6. circa fi. Tamen tenendo opinionem Rotae ad illa dicta patet responsio ex iis, quae ipse idem Guido dicit in d. decisio. se Franciae practicasse, ut ibi per eum. Et opinio. Rota est communis, ut patet per omnes Moder. in tract. moneta.

QVAESTIO NONA.

QVAER O, Pro intelligentia istius text. secundum ordinem litterarum, quid intelligat ista regula (per marcham argenti) quid rursus per libram, & quid per alias monetarum species hic designatas?

SOLVTIO. Ut singula monetarum vocabula hic expressa, ac earum origines & valores, haecenus per aliquem non scripta, secundum cursum nostri temporis declarentur, sequar ordinem litterarum, & incipiendo a marcham, est sciendum, quod istud nomen, Marcha, apud peritos linguae latinae non inuenitur, sed recens fuit, & vulgare nomen: de quo meminit tex. in c. constitutus. de procu. ibi, vna marcham sterlingorum. & in c. 2. de arbit. & c. cum pridem. de pact. & in cap. significauit. & c. quanto, de censu. Et fortassis de isto nomine in Decretalibus alij text. non reperiuntur, quam isti. Et ista marcham aliter capitur de iure, aliter secundum consuetudinem particularium prouinciarum, & locorum, ut inferius in specie declarabitur. Nam aestimatio marcham legalis est vniformis, quo ad omnes, nisi in locis, vbi est specialis consuetudo circa valorem: quia in illis aestimabitur marcham secundum commune usum illius

illius provincie, nisi in solutionibus à lege impostis. Quia **A**
 tali casu solutio alicui facièda per marchas, intelligetur de
 marcha tempore legis condita, non autè vsuali alicuius lo-
 ci, vt tradit d. Ant. & Abb. & alij in ca. còquerente. de offi.
 ord. Bald. in l. quicunque. in vlt. col. C. de ser. fug. Et ante
 ipsos Oldr. consil. 250. factū tale est. Et idem tenet Abb. in
 c. quanto. col. fi. de iureiur. & in còf. 56. incip. quod solutio.
 lib. 2. Et Modern. in l. fi. ff. de in ius voc. Quicquid dixerit
 Ro. in còf. 223. circa primū. & Paul. de Cass. in l. 1. C. com-
 mu. de leg. faciens differentiā inter legē & statutū. Et mar-
 cha legalis còstituitur ex octo vncijs auri, vt tenet in spe-
 cie Io. Fab. in §. nos autè. insti. de Attilia. tuto. Et qualibet
 vncia valet octo ducatos. vt dicit Bart. in l. quories. C. de su-
 scip. & Arch. lib. 10. & Abb. in d. c. còquerente. Itaque mar- **B**
 cha secundum dispositionem iuris còstabit ex ducatis 64.
 Quod est vile ad multa, vt dicunt Moderni Papien. in l. 2. §.
 ex his. ff. de verb. oblig. cū còcor. vt scribunt Moder. in d. c.
 còquerete. Et de ista marcha legali nò loquitur legista, sed
 de marcha vsuali cuiuslibet provincie. Ex quo inferitur, q̄
 si clericus francigena impetrat gratiā duorū beneficiorū,
 quorū vnū sit in Francia, aliud in Alemania, in primo ex-
 primeret valorem librarum Turonen. partiorū, quæ est mo-
 neta Francia. vt apparet in cle. fin. de magistrat. in alio ex-
 primeret marchas, quæ est moneta Alemaniæ. Et ita in spe-
 cie tenent Abbreviatores, vt refertur in illo libro, qui vul-
 gò dicitur, Stylus, seu practica cancellariæ, fo. 74. Intelli- **C**
 gentes tamen, monetā sterlingorū esse monetam Alema-
 nie p̄ participationē, aliàs male diceret ille liber: quia mo-
 neta sterlingorū, origine & inuentione, est moneta Angliæ,
 eusa sub Henrico 24. vt statim dicam. Et marcha argenti,
 de qua loquitur ista regula, valet ducatos quinque de Ca-
 mera. Si verò fuerit de argento puro, valet ducatos sex, vt
 inuenio in quodā peruetusto lib. taxarū sedis Apostolicæ
 adnotatū. Et ista marcha argenti variatur secundum còsue-
 tudinē diuersorū locorū. Quia in Anglia marcha sterlingo-
 rū valet ducatos quatuor. Et ita declaratur tex. in d. c. còsti-
 tutus. de procurat. qui loquitur de marcha sterlingorum.

Vt scias originem istius monete sterlingorū paucis an-
 tea notā, est sciendū, sub Henrico Rege Angliæ, illius no-
 minis 4. celebratum fuisse còcilium Londini, anno Salutis

MMM iij

DM. CC XLIX. in quo inter alia salutaria decreta, illud quoque pro commodo publico sancitum fuit, quod grossi argentei, qui tēpore illo, permittente auaritia regis; iam tonfi, & à bonitate argenti deprauati, expendebantur, dissoluerentur, & loco illorum moneta sterlinguorū cuderetur, ab effigie sturni auiculæ in altera parte nūmi impressa ita vocata, quæ quidē auis lingua Anglica sterling appellatur. Et ita hodie omnis Anglica moneta sterlinguorum nomine putatur. Et cur denarius ille nomina illius auiculæ sterling, fuerit signatus, causam tradunt, quod ea auis, pars foret insignium, quibus Reges id temporis multarū possessionum, vel extramarinarum domini, vti sunt. Quemadmodum Reges hac ætate solent insignibus regis, lingua suo rum regnorū insignia adiungere, quo potētia existat quàm maxima: siue quod nummus in altera parte haberet notā stelleræ, quam Angli ster vocāt. Ita quod hodie isti denarii sic signati reperiuntur, vt aliis omnibus author est Polydorus historie Anglicæ. li. 16. Vel fortassis ista moneta sterlinguorum nomē accepit à castello quodā in Anglia sterlingum nuncupatum. De quo idem author meminit lib. 13. & 14. Et de sterlinguo agro etiam fit mentio ibidem lib. 1. Sic etiam de sterlingensi potēte habetur in eadem historia. lib. 17. Sed in Hybernia valet marcha sterlinguorū ducatos quatuor, marcha verò Renensis argenti puri, valet ducatos Renenses. 8. cum dimidio. Ex quibus ducatis Renensibus. quatuor, tres ducati Vngarici constituuntur. Itaque marcha Renensis valet aureos Renenses. 70. & parum plus. Marchus verò Parisiensis est nouem vnciarum ex nostris communibus, & tertia pars alterius vnciæ. Et ex eo fiunt ducati. 70. Et inter istas monetas marcharum sterlinguorum, Turonensium, & Parisiensium est magna differentia, vt not. Petr. de Bellapert. in l. fina. C. de cōpensat. Marchus verò ad vsum Mediolani facit anreos, siue ducatos sex. Et continet marchus prædictus vncias nouem pretiosi argenti, vt latius declarant Moderni. Asten. in tract. augmenti monetarum, in vltima conclusione. Et hæc de marcha.

Sequitur in text. vel librarum Turonensium, &c.

Libra Turonensium paruorum, de qua loquitur ista regula, valet ducatum vnum de Camera. Et secundum hoc, libra constat ex duodecim Turonensibus, qui quidem duodecim

decim Turonenses constituunt vnum ducatum, vt expref. **A**
 se ordinavit Benedictus x i i. in extrauag. vas electionis. §.
 fin. posita sub titu. de cens. de qua meminit Fely. in cap. 2.
 in. 8. col. & c. ad aures. col. 9. de refer. Et ita in concernenti-
 bus literas & Cameram apostolicam, istum valorem volue-
 runt seruari facere summi Pontifices, vt patet in regula 23.
 Et iuxta istam æstimationem scriptæ fuerunt taxæ officia-
 lium Cancellariæ, cõpositæ per Ioan. 22. cum curia reside-
 ret Auinioni. Et secundum eosdem Turonen. Benedictus
 x i i. taxas sacræ Pœnitentiariæ composuit, vt habemus in
 originalibus formulariis illorũ temporũ, per eundẽ Bene-
 dictũ editis. Quo factũ est, vt cum curia mãserit apud Gal-
 lias per 84. annos. Et sic à tempore Clementis v. vsque ad
 Gregorium x i. qui curiam in vrbe reduxit, vt historici re- **B**
 ferunt, vsus Turonẽsium adeo inualuit, vt quodammodo
 callum obduxerit vsque in hodiernũ diem, & hoc propter
 memoriam illius temporis. Tum etiam, quia illo tempore
 illa moneta vtebantur Franchi, quorum erat peculiaris cur-
 sus ad curiam, expeditionis causa, adeo, q. ferè omnes can-
 cellariæ Apostolicæ expeditiones à Gallis cõficiabantur,
 & ideo bonum fuit, quòd moneta illius nomen duraret,
 deuotione durante, quæ modò omnino cessant. Et quan-
 uis Glossator super regula 23. referat opin. quorundam de
 origine istius moneta Turonẽsium, quas postea deridet:
 nihilominus ego existimo moneta huiusmodi originem
 iniriũ habuisse à Turonibus: est enim ciuitas illa in Gal-
 lia Narbonensi antiqua, & percelebris nomine Turon, cu **C**
 ius p̄sul Arnulphus à Sancto Remigio baptizatus, inter
 Sanctos relatus est. hic primũ moneta ab vrbe nomen
 accepit, quæ tũc in Gallia cõmuniter expẽdebatur, & for-
 tẽ tẽpore Clemẽtis v. dũ Auinioni resideret, in vsũ tradi-
 ta, anno m. c. c. v. circa quẽ annũ, moneta mutatio reperi-
 tur facta, & ob eã causam varij tumultus exorti, vt Rober-
 tus libr. 7. historiæ Gallorũ meminit. Et tũc huiusmodi mo-
 netã per Io. x x i. eius successorẽ taxis Apostolicis adposi-
 tã cõstat. Et cũ valore prædictæ libræ Turonensis, de qua
 loquitur ista regula, cõcordant libræ moneta ciuitatis Me-
 ten. Flandriæ, & Regnorũ Valentia, Barchinonẽ. & Iacen-
 Nã in dictis regnis, seu prouinciis libra etiã valet ducatum
 vnũ, vt experientia cognoui, & etiam attestatur Franciscus

MMM v Sancti

D Sancti Clementis Barchinonen. in Arithmetica sua. Exceptis istis omnes alia prouincia Christianitatis differunt in valore librae, prout etiam librae legales differunt ab omnibus istis, vt statim dicitur. Nam videmus Maiorien. libras tres, ducatos duos conficere. Et similiter librae tres Turonensium in Francia reddunt ducatos duos. Et francus etiam in Francia est similis librae. Quorum tres franci reddunt ducatos duos. In Normandia etiam tres librae valent duo seu ta auri. Ab his tamen differt libra monetae Britanniae, quae valet minus ducato vno. Nam decem librae Britanniae, valet octo ducatos de camera. Parisiensium vero libra valet parum minus libra Britanniae, & modicum plus libra monetae Franciae. In Scotia vero, libra monetae sterlingorum valet ducatos duos. Sed libra monetae vsualis ibidem valet ducatum vnum, & tres similes librae valet ducatos tres, quae reddunt vnam librae sterlingorum ex compositione antiqua, & duos ducatos cum dimidio secundum aliquos, sed vt accepi à fide dignis, reuera valent ducatos tres. In Anglia libra sterlingorum valet ducatos sex. Et promissio simpliciter ibi facta de libris monetae Anglicae, licet sit ibi varia moneta, tamen secundum communem vsu, in dubio debet intelligi de libra sterlingorum, vt refert se de facto habuisse Lanfr. in rep. c. quonia contra falsam. in vers. testium depositiones. in antep. col. versic. hinc est, &c. de proba. sequitur Curt. in rep. cap. si. in 7. quaest. de consue. Libra vero monetae Papien. valet solidos 20. vt refert Brun. Asten. in tract. de augmento conclusionem finali. Sed Parmae aliter fit aestimatio: quia ibi librae quinque, & solidi 8. faciunt ducatum vnum. Et centum, & quinquaginta solidi, reddunt ibi etiam scutum vnum, vt habui in facto super quadam causa Parmen. ita taxata in Rota. Venetiis vero vna libra constat ex marcellis duobus. Quorum duodecim marcelli valent ducatum vnum. Itaque ducatus aestimatur ibidem sex libris. Sed libra grossorum, quae mercantilis appellatur, decem ducatis ibidem aestimatur, vt notissimum est. Bononienses etiam libras suas habent, quarum communis, siue vulgaris libra, quae in vsu est, Bolognino 20. valet, qui reddunt Baiochos 30. & per consequens tertiam partem vnius ducati, plus minus.

Ab istis omnibus differt libra legalis, quae secundum antiquos Iurisperitos valebat septuaginta & duos ducatos: et est

est tex. expressus in l. quotiens. C. de suscept. Prapofitis, & A
 Arch. lib. 10. Et decem aurei, siue ducati valebant libram
 argenti, vt in l. i. C. de argent. præb. lib. 10. Postea verò in-
 troductum fuit, quòd libra non ex 72. sed 96. aureis consti-
 tueretur, vt Bart. in d. l. quotiens. Alberic. & alij in l. fina. ff.
 de in ius vocand. meminerunt. Et ita se habet communis
 opinio, vt patet ex his, quæ Fely. congerit in c. conqueren-
 te. de off. ord. & Iaf. in l. 2. §. ex his. in 8. col. ff. de verb. obli.
 Sed illud fortè antiquo tempore introductum fuerat: quia
 erat minor argenti, vel maior auri copia, vel quia (vt dicunt
 quidam historici) auri bonitas non nisi à Iulio Cæsare, vsq;
 ad Vespasianum perdurauit. Et ideò post illos, ducatus 20.
 libras æris valuit, vt adparet in l. i. C. de colla. æris. lib. 10.
 Hodie verò calamitate temporum factum est, quòd *re- B*
 uolauit ad *æ*, id est extremitas ad principium: vt dicitur in
 c. ab exordio. 35. distin. Nam immutata auri bonitate, cu-
 duntur hoc tẽpore ducati, vt leuiores, ita & viliores: quo-
 rum sex vnciam & 72. libram implent, vt olim. Inter vtrum-
 que tamen tempus hoc est discriminẽ: quia aurum & argen-
 tum illis temporibus probatum fuerat, id est purum, putum,
 & defecatum, quòd distinguitur per 12. gradus: grana vul-
 gus appellat. Et illud est omni argento pretiosius. Nam ar-
 gentum purum, putum, id est, depuratum, quòd indoctum
 vulgus argẽtum de copella appellat, esse ligæ 12. denario-
 rum, pro comperto habetur: licet hac ætate eius bonitas
 per admistionem æris sit deprauata. Huius autem depraua-
 tionis taxati fuerant olim inter ceteros Aragonenses, & *C*
 quidam alij, sicut etiam seruare bonitatis auri Veneti &
 Anconitani bene audiebant, vt refert Lucas de penna in
 l. vnica. in fi. C. de argen. pretio. lib. 10. Nam satis constat,
 quòd cum denarij æris argento puro immiscetur, tot gra-
 na bonitatis argentum amittere. Et illud argẽtum purum,
 putum, seu, vt vulgus appellat, copellatum, Odofr. in l. 2. ff.
 si cert. pet. pugillarum nominat. Sed Iurisconsultus in l. in
 naue. ff. locati. pusillatum dicit, vt de iis meminit Gel. lib. 6.
 Noctium Atticarum. c. 5. & reassumunt Mo derni quidam
 Galli in prædicta l. in naue. qui, vt opinor, eorum dicta ab
 Antonio Nebrissensi Hispano viro eruditissimo in Lexi-
 con Iuris acceperunt: nisi idem spiritus in duobus corpo-
 ribus fuit. Latini verò, quòd illi dixere pusillatum, ipsi pulta-
 tum est.

Datum appellat. quod est purum absque omni spurcicia. Nempe pustula idem refert quod puri argenti massa, ut Martialis pluribus locis meminit. & Iuuenal. Satyr. 10.

Pausa licet partes argenti vascula puri.

Et Suetonius Tranquilius in vita Neronis, in hæc verba idem refert: Nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obrizum exegit. Sed hæc de argento.

Aurum etiã in 24. pretiositatis gradus distinguitur, vulgus characteres appellat, quale assimilatur hodie Vngaricum purum quod obrizum Græci, ut Tráquillus & Plin. attestantur, Latini verò, multipliciter excoctum dicunt, vel, ut vulgus cimentatum. De quo etiam loquitur tex. in l. fin. C. de vet. nu. pot. libr. 11. Hinc obrizati appellabantur nummi, qui ex optimo & puro auro confecti erant, ut in L. unica. C. de obl. voto. lib. 12. Nostra tamen ætate nullum aurum, quod 24. characteres attingat, reperitur. Quo fit, ut quidam dixerint, aurum ad 24. characteres decoqui minime posse. Nam vngaricum, quod pretiosius ceteris æstimatur, 23. characteres non transcendit, ut à peritissimis huius artis accepi. quod etiam attestatur Bilibaldus in libro æstimationis numismatum. fol. 4. Vt cunque sit, ætate nostra libra auri legalis, constat ex 96. ducatis, & eiusdem æstimationis fuit apud Romanos veteres. hoc patet: quia libra constabat, ut hodie, ex 12. vnciis. Vncia verò constabat ex drachmis octo. Itaque libra continet drachmas 96. quæ constituunt totidem ducatos, & sic adparet quemlibet ducatum esse drachmalem, id est pendere drachmam unam. Et in hoc hodie convenimus cum antiquis Romanis: & verum est, ut in ducatis Vngaricis periculum fieri potest. Quorum quilibet vnus drachmæ pondus habet. Et idem de ducatis Venetis & Florentinis refert Bar. in l. quotiens. C. de suscepto. lib. 10. Et hæc de libris sufficiant.

Consequenter textus hic ponit aliam speciem monetæ, quam Florenum appellat. Et habet hæc speciem monetæ, propter varias provinciarum cõsuetudines, incertam æstimationem, ut dicit Saly. in l. si. C. si cer. pet. Tamen de iure, Florenus, ducatus, & solidus idem referunt secundum Moderatum. Alsen. in tract. monetarum. Et ita pro ducato ponit in taxis sedis Apostolicæ beneficiorum consistorialium: quæ per Florenos auri distribuuntur. ex quo datur intelligi, taxarum inventionio

mentionem ante culsionem ducati fuisse editam ut etiā in-
 ferius adparebit. Quorū quidem Florenorū denomina-
 tionē à Florētinis originē habuisse satis cōpertū est. Nam
 ut hac in re testis est Io. Villanus Florentinorum antiquus
 historicus, lib. 6. c. 54. Historiarum, cum ciuitas Florentina
 iā opibus, potētia, & dominatu in immēsum cresceret, pla-
 cuit mercatoribus & populo, ut moneta auri caderetur.
 Nam vsq; ad illa tempora ciuitas illa argenti moneta vsa
 fuerat valoris 12. denariorum. Sic itaque de mense Ianua-
 rio, anno à partu virginis M. C. C. L. I. Florenus ex auro 24.
 characterum omnium purgatissimo valoris solidorum vi-
 ginti cudi cœpit: quorum octo Floreni, auri vnciam pen-
 debant Florenus dictus à Florentia, cuius nomen per flo-
 rem Lilij albi referebat ex vna parte, ut meminit idem hi-
 storiographus li. 1. c. 40. ab alia verò parte sancti Io. Bapti-
 stæ effigies, ipsius Urbis primi protectoris, regenerationē
 vrbis presentabat. Nam cum antea ciuitas tota idōlis ser-
 uiret, facta conuersione, placuit, primò ex templo Martis,
 ecclesiam cathedralē suo nomine sancti Ioānis erigi: idq;
 factū fuisse Constantini & Siluestri tēporibus idem autor
 lib. 1. c. 60. historiarū refert. Itaq; ex præmissis adparet, Flo-
 renos non solum à ciuitate Florentia, sed à flore Lilij im-
 pressa nomen accepisse. Inde paulatim Floreni nomen, &
 vsus ad alias prouincias emanauit, quæ alijs Domini vicini-
 tes in suis dominiis cudi fecerunt: vsq; adeò, quòd puritas
 illa auri, ære contaminata fuit: quo crimine Marchiones
 montisferrati, & apud Ianuenses Spinolæ illò tēpore ta-
 xabantur, donec Io. xxii. anathemate prohibuit, ne deca-
 tero illa moneta cuderetur nisi à Florentinis, ut lib. 9. cap.
 279. eiusdem historiae cautè legimus. Huius tamē Floreni
 vsus paulatim ad Ultramontanos serpsit, æstimatione ta-
 men variata. Nam floreni auri in Aragonia alterius valo-
 ris reperiuntur: quia tres similes valēt ferè ducatos duos:
 & in Camera quatuor floreni similes pro ducatis tribus
 computantur. In Sabaudia verò florenus cum dimidio, &
 grossi duo vnū ducatum referunt. Florenus autē in Sabau-
 dia valet Baiochos 32. Sed Renenses floreni ad rationem
 40. grossorū monetæ Flandriæ, pro quolibet florenò, ex
 illis septē reddūt ducatos quatuor. in regno verò Nauarię
 tres floreni ex illis pendēt similiter ducatu vnū de Came-

Dra. Et floreni monetæ provincie tres faciunt unum ducatum: Venetis verò floreni æstimatio, ad 10. Marcellos illius monetæ argenteæ extenditur. Sed Romæ varius est usus. Nam apud seculares Romanos, florenus ad Carlenos quinque taxatur. Sed in camera Apostolica in taxis, pro ducato de Camera dicitur. Quod credo factum fuisse potius ex abusu exigentium taxas, quam ex certa scientia principis, quod ex eo adparet: quia in quadam constitutione concilii Constantien. posita inter extraneas antiquas, sub titulo de excess. prælat. & de offi. ord. quæ incipit, Sanè prælati, &c. Florenus de Camera grossis decem æstimabatur. Quo factum est, ut cum postea ducati de Camera cusi fuerint, appellatio illa de Camera, imposita floreno, errore quodam, falsimilata fuit ducato de Camera. Itaque perinde florenum æstimarunt, ac ducatum, cum reuera plurimum differret, ut superius adparet: nisi dicamus Io. a. 22. æstimationem floreni & ducati equasse, ex eo, quia cum apud Florentinos sola illa monetæ auri puri cuderetur, ad æstimationem ducati placuit & ipsi Io. a. eandem monetam sub eadem æstimatione cudere: ceteris omnibus (exceptis Florentinis) sub anathemate prohibitis, ut in dicta Florentinorum historia adparet, ut dixi in proœmio istius regni. Itaque ab illo tempore taxæ ad valorem florenorum fuerunt editæ. Et ista de florenis sufficiat.

Sequitur in tex. (aut ducatos, &c.) hoc genus monetæ, seu eius nomen apud veteres non fuit: sed circa annum salutis quingentesimum septuagesimum, initium habuisse satis cognoscitur. Nam huius monetæ autor, ut Blondus, Platina, & recentiores historici meminerunt, Albinus quidam circumsertus, qui primus omnium in Italiâ nomen regiminis Græcæ imperiæ plenum tulit, videlicet ut Exarchus diceretur. Idem primus veterem administrationis formam tota Italia sustulit, & singulis urbibus, singulos, qui potestate præsident, constituit, quos duces voluit appellare. Quo contingit, ut multis inde annis aureus numus, qui Romæ cudebatur, ab inde Romanus ducatus fuerit appellatus. In de quo, est nomen adeptus, cuius denominatio in hodiernum usque diem manet. & de iis etiam Polydorus li. 2. de inventis rebus, autor est. Mirandum tamen, quod cum apud varias gentes prædictæ omnes monetæ varietatem receperint, solius ducati apud omnes uniformis fuit denominatio, par etiam similitudo

valor

valoris. Nam ducati Vngari, Veneti, Hispani, Florentini, A
& ferè omnes alij ducati maiores, qui vulgò Lari appellan-
tantur, idem pondus & parè valorem retinent. Ex quibus
postea soli summi Pontifices aliã ducati speciem cudi ius-
serunt, quã de Camera nuncuparunt, parum à superius di-
cta differentè. Prodiit deinde alia monetæ species in Gal-
lia, quam scutum appellant, eamque duplicem voluerunt.
Hinc est, q̄ inter scutos novos & vereres in Camera fit dis-
crimen. Quia antiquum scutum reddit idem, quod ducatus: nouũ autem scutum in taxa, nouem Iulios, & vno gros-
so æstimatur: quanuis tempore Clementis v. 11. ad nouem
Iulios fuerit redactum. Non tamen est omittendum, quòd
modernis temporibus inuenta est alia ducati vñualis mo-
neta, quæ secundum diuersas regiones variatur. Nam Pa-
pia ducatus non valet nisi libras quatuor. Itaque appella-
tione ducati, de communi vsu loquẽdi, intelligetur de du-
cato quatuor librarum, nõ autem de ducato auri, qui plus
valet: vt refert Rochus Curtius in repe. c. fi. in 7. q. de con-
suet. Et ita dicendum erit in quolibet loco. Nam Roma
simplex ducati appellatio inter Romanos intelligitur de
10. Carlenis, nisi auri mentio fiat.

Sequitur in text. vel vaciarum auri, &c. Notum est iam
omnibus, etiã tonsoribus, q̄ vncia auri ex drachmis octo
constat, quantũ quolibet vnũ ducatũ reddit. Ex quo adpa-
ret, ducatos omnes auri drachmales esse in pondere suo:
ita q̄ vncia auri, ducatos octo valebit, vt dicit Bart. in d. l.
quoties, & Moder. Papien. in d. l. 2. §. ex his. Ex quibus de
primo ad vltimum inferitur, libram, quæ ex duodecim vn-
ciis constat, ducatos 96. reddere. Vncia verò argenti ster-
lingorum 26. denariis, qualis etiam hodie æstimatur, vt
refert Polydorus lib. 16. historia Anglicana.

Rursus dicitur in text. seu alterius monetæ, &c. Sub istis
verbis possunt cõprehendi reliquæ omnes monetæ vsua-
les cuiuslibet provincie, quæ hic non exprimentur, vt sunt
Marabatini Hispaniæ superioris, quæ Castella appellatur:
& inferioris, quæ Valentia, seu Tarraconè. dicitur. Et licet
hæc moneta in Castella hodie tantũ vsitetur, olim tamẽ
omniũ regnorũ vtriusq; Hispaniæ, vsq; ad Lusitaniã com-
munis erat, dissimili tamẽ æstimatione. Nã in regnis Va-
lentiæ vnus Marabatinus dimidio scuto auri æstimabatur:

De quo adhuc hodie in pœnis legalibus, in memoriamve-
rustatis, ac pro quadam solènitare solet fieri eius denomi-
natio, quanuis eius forma ignoretur. Et talis moneta anti-
quis temporibus in Lusitania, etiã in vsu fiterat, vt adparet
ex text. in c. cum olim. de priuileg. vbi de illis Marabatinis
fit mentio. Et secundùm hoc videtur dicendum, q. illi Ma-
rabatini, de quibus in dicto c. cum olim. fit mētio, non fue-
runt illius æstimationis cum illis, quibus hodie vtitur Ca-
stellani, qui parui admodum valoris sunt. ridiculum enim
esset, de tam parua quinque ducatorum summa, inter illos
abbates ditissimos, tam longã tragediã quæstionē com-
ponere, ex qua meruit illa constitutio decretalis fieri. Vt
igitur res videatur verisimilis, & cōueniens tam personis,
E de quibus ille text. loquitur, quã Rom. Pontifici autem
illius decretalis, est tenendum, illos Marabatinos, de qui-
bus ibi notatur, non de modernis, quibus nunc vtitur Cas-
tella, sed de Marabatinis veteribus regni Valētiã vel Lu-
sitaniã debere intelligi. Et ita intelligēdo, summa illa Ma-
rabatinorum expressa in d. c. cum olim. scuta mille cōtine-
bit: quæ satis notabilis summa posset videri, quæ illos ab-
bates ad litigandum moueret. Et hoc modo dispositio il-
lius textus bene quadrat quantitati expressæ.

Ex istis igitur habes valorē Marabatinorū veterū Valē-
tiã & Lusitaniã idem esse: Castellã verò Marabatinī, qui-
bus hac ætate vtitur Hispani Castellani, sunt vilissimi va-
loris. Nã vnus Marabatinus duas partes vnus denarij va-
Flet. Nã ibi denarius diuiditur in tres Blãchas æris, ad simi-
litudinē caualiorū Neapolitanorum: quorum tres Caualli
ærei reddūt denarium vnum. Ita & Blãchæ tres faciūt vnū
denarium. Et denominatæ sunt Blãchæ, à quadam Regina
Blãcha nomine, quæ primam monetam illam cudi iussit. Ex
quibus Blãchis duæ Marabatinum vnū faciunt. Itaque tre-
centi septuagintaquinque Marabatinī, vnū Ducatum lar-
gum reddūt. Et tria milia Marabatinī, valēt Ducatus octo.
Et ducatus in Hispania, valet Regales vndecim: & quilibet
Regalium est valoris vnus Iulij. Tamen Romæ non valet
vnū Regale Hispanicum, nisi Baiochos nouē ex reductione
Clemētis v. i. Sunt etiã in regno Valētiã denarij & so-
lidi. Denarius enim est ad similitudinem quaterni, nisi q.
argēti plus aliquid cōtinet, & propterea praualeat quater-
nis

nis. Adeo, quod ex duodecim fit solidus. Cuius quidem so-
 lidi valor est dimidij regalis, & solidi duo faciunt vnum re-
 gale. & vndecim regalia faciunt Ducatum largum. De de-
 nariis autem Papiræ. & Lucen. quanti valeant, habes text.
 in c. olim. de censib. Et hæc dicta de monetis nostri tem-
 poris, & eorum valore huc vsque sufficiant. Quæ ideo hic
 placuit adnotare, quia nullus scribentium simul de istis tra-
 ctauit. Licet Budæus, Leonardus de Portis, Alciatus, & Bi-
 baldus multa de antiquo Romanorum sestertio: quædam
 etiam de talæto, & similib. monetis disputauerint, quæ nõ
 faciunt ad propositum istius regulæ, cū illis hodie nõ vtan-
 tur. De quibus ego latius in eo libro, quæ de censu, redi-
 tu, & impensa antiquorum, & recentiorum principū com-
 posui, pertractabo: quo loco illud etiam tangam, quænam
 sit ratio, quod cū auri maior copia è terra foditur, quàm
 aëreus cuiuscūq; metalli, vt Hadrianus Imperator dicere
 solebat: minor tamè illius copia inter hominū manus ver-
 setur, adeo, q̄ moneta argenti copiosior, q̄ auri videatur.

QVAESTIO DECIMA.

QVAERO, an valor expressus in gratia, iuxta taxam
 Cameræ excuset à pena istius regulæ?

SOLVTIO. Pro parte negatiua videtur dicen-
 dum, quod nõ excuset. Nam ex quo regula ista expressio-
 nem valoris secundum communem æstimationem requi-
 rit, non sufficit valor secundum taxam, quæ est incerta, &
 non ponit valorem secundum communem æstimationem.
 Præsertim, quia à verbis regulæ non est recedendum. vul.
 gata. l. nõ aliter. ff. de legatis 3. Et quia regula ista dat for-
 mam, vt patet ex annulatione actus, iuxta ea quæ Doct.
 in l. dubium. C. de leg. & in l. i. ff. de lib. & posthu. tradunt.

Quibus tamen non obstantibus, contrariū fuit decisum
 per Rotā in vna, cotā D. Bartholomæo de Petra sancta de
 mense Ianuario m. d. xx. vt refert D. Gulielmus in colle-
 ctaneis decisionū. Ratio fuit, quia ad euitandā penā regu-
 læ, quælibet iusta causa excusat à dolo. l. i. §. potest. ff.
 de liber. cau. l. plagij. C. ad leg. Iul. de plag. cū similibus. Et
 iusta causa excusationis hoc casu videtur, si quis exprimit
 valorem secundum taxā Cameræ. Quæ cōmuniter appro-
 batur, & in vsu habetur ante oculos papæ, ideo credere de-
 buit impetrās, sicut de taxis Cæcellariæ dicit decisio Rotæ

N N N

D in antiq. 565. col. fi. Et ita videmus, q̄ credens bono viro excusatur, vt dicit gl. pen. circa finem in l. Titio fundus. ff. de cond. & de. cum concord. vt scribit Fely. post Bal. in ca. cum contingat. circa fi. de rescript. & in c. praterea. col. 1. & c. nuper. de testib. & las. in l. 1. col. 3. ff. de eo p̄ que fac. erit. & in l. certū. col. fi. ff. si cert. per. cum sexcētis aliis cōcord. alibi non ita congestis, quæ quidam moderni scribunt in tract. nuptiali. fol. 77. Pari ergo modo excusari debet, qui descriptioni Camerae stetit, præsertim cū probatio valoris sit valde difficilis, in qua plura præter communē vsum probationū requirūtur, vt tradūt Doctores in cap. cū causam. de testib. Bal. in l. solū. C. eo. tit. Et hoc, ratioe etiā sua detur, quia videmus, q̄ soluēs secundū taxā Camerae non releuetur, etiā si probet beneficiū minoris esse, vel etiā maioris. taxa enim semper atēditur. Cū igitur in tali expressione nō sit alicui fraus, nō debet habere locū p̄na regule, quæ facta fuit corā fraudulētos. Alia motiua ponit D. Gul. quæ breuitatis causa nō refero, cū ibi videri possint.

E Sed aduertendum arbitror, quia ista decisio videtur facilem ansam fraudibus dare, in præiudicium officialiū, et taxis beneficiorum viuētium. Nam clarum est, quod liber taxa antiquus est, & in eo cōstat plura beneficia antiquo tempore taxata ad modicam summā fuisse, quæ hodie per superexerescentiā fructuū, in quadruplū taxari possent. Et econtrā, quædam beneficia tunc ad magnum valorem taxata reperiuntur, quæ postea calamitate temporum diminuta possent ad longē minorem summam taxari. Ex qua varietate taxarum, impetrantes hodierni de facili possent vti vna cautela ad fraudandos officiales. Nam quando beneficium erit magni valoris, non exprimet secundū quod valent, nisi secundum paruam taxam in libro positā. Quæ si fortē erit maior, tunc non secundum librum, sed secundum communem allimationem valorem expriment. Et ideo, vt prædicta decisio defendi possit, ego putarē illam intelligendam in beneficiis consistorialibus, pro quibus compositus fuit liber ille taxarum: sed pro non cōsistorialibus seruari debet ista regula. Et hoc puto verissimum.

QVAESTIO VNDECIMA.

QVAERO, vtum expressio valoris facta in literis secundum arrendamenta facta per eum qui mortuus

ius est, releuet impetramentum à pœna regula?
SOLVITIO. Videatur dicendum, quod talis expressio
 secundum arrendamenta, non excuset, ex eo, quia arren-
 damenta, non probant dominium, neque possessionem.
 Ad probationem. C. loc. & in c. inter dilectos. & ibi not. de
 fide instr. Sicut perceptio salarij nõ arguit quem decurio-
 nem. l. Herenius. ff. de decur. Et sic talis valor inibi expres-
 sus non probatur concludenter, & tamen regula attringit
 impetramentum ad expressionem veri valoris. Et ignorantia
 hoc casu non videtur excusabilis cum debuerit se infor-
 mare. Quia ignorantia in gratiosis non excusat à subre-
 ptione. cap. constitutus. de rescrip. Imò sola simplici-
 tas nocet, vt dicit Fely. in c. ad aures. in 3. col. eo. ti. Et quia
 valor est pars gratia, & debet plene probari, vt dicit qua-
 dam decisio, & tenet Fely. ibidem.

Quibus tamen non obstantibus Rota pluries tenuit cõ-
 trarium, non solum tempore meo, sed etiã tẽporibus an-
 tiquis. Nã in vna Mediolanens. parochialis de Verdolla de
 mense Martio m. d. xxi. corã D. Gulielmo iudicatũ fuit,
 vt ipse idem refert in collectaneis decisionũ. Et idem ad-
 notauit R. P. D. Iacobus Simonetta, in quadam causa iu-
 dicarum fuisse, quam ipse, dum esset aduocatus contrariũ
 sentiens defendere nõ potuit Et ita iudicauit D. Ioan. An-
 to. de Triultis. Et pro ista decisione faciũt in primis ea-
 dem ferẽ moriua, quã in præcedenti questione facta fue-
 rit. Quia ex quo agitur de nullitate gratia, & sic de pœna
 quolibet causa etiã iniusta excusat à dolo. Vnde ex quo
 præsumptio est, q̃ prædecessor arrendauerit iusto pretio
 beneficiũ suũ, & q̃ nõ præsumatur fructus eius voluisse ia-
 ctare, iuxta c. super hoc. de renuntiatio. ista præsumptio vi-
 detur præstare iustã causam excusationis à pœna regula.

Præterea, quia ex quo de iure communi non requiri-
 tur aliqua expressio valoris, vt notatur in clem. prima. de
 præbend. Regula ista quã cõtrariũ cum pœna statuit tan-
 quã odiosa, & stricti iuris miti? & strictius interpretari de-
 buit iuxta legẽ terciã. §. hæc verba. cũ vul. ff. de neg. gest. &
 capitulo, statutũ. de electio. lib. 6. Et ideo data aliqua iustã
 causa, excusatio sufficere debet, præsertim in ista materia
 expressiois veri valoris, quẽ est difficilis p̃bationis, in quo
 p̃bãdo, plures etiã quãdi à loco deficiunt. Et ista est ratio

NNN ij

D quare in supplicationibus ponitur illa clausula augendi, & minuendi vsque ad verum valorem propter magnam difficultatem purificandi incontinenti verum valorem. Et sic ne propter hanc causam gratia pereat, si expediretur de minori, debet tam auara interpretatio coarctari. iuxta Lyncam. §. fin. C. de cadu. toll. & in auth. de nup. §. primz siquidem. circa fin. ibi, ne aliquo modo videamur talia corripientes: fisci providere utilitati, &c. Et circa hoc plura congerit D. Guliel. quæ non curo referre, cum videri possint.

Sed considerandum est, quod meis temporibus illa decisio D. Guliel. non ita simpliciter fuit servata in Rota, prout ipse loquitur, sed concurrentibus pluribus aliis requisitis. Nam in primis requiritur, quod arrendameta sint plura, & non vnum tantum arrendamentum. Item, quod cum hoc fama publica de valore concurrat. Itē, quod producantur aliqua bullæ prædecessorum expeditæ sub illo valore, quibus concurrentibus Rota excusat impetratē ab expressione falsi valoris, & sic à pœna istius regulæ. Nā quæ non prosunt singula, multa iuuant. Vnde licet arrendamenta de per se non probent, vt dictum est, neque etiā fama de per se, tamen præstant excusationem à pœna. Et fita in vna Ariminen. prioratus fuit conclusum per dominos, eorā R. D. Raynaldo Petrutio, de mense Nouemb. m. d. xxxvi. Nam de fama ponit Bart. in l. Celsus. ff. de vsucap. & tradit Oldr. conf. 304. Et præsertim, quia Rota semper solet ad æquitatem inclinare, quæ in casu proposito militare videtur, vt gratiæ sustineantur, nec pereant quæ obtentæ fuerunt cum multis laboribus & grauius impensis. arg. c. commissa. de elect. lib. 6. Et ad prædicta faciunt decis. 19. in no. de præben. & quæ notat Card. in c. fin. 2. & 3. col. de præsump.

QVAESTIO DVODECIMA.

QVAERO, quomodo probetur valor beneficiorum solutio. Ita. q. hodie trita est, & nota iam formulæ impressæ, quibus articuli in formis scribuntur. Et ideo super hac re breuissimus ero: valor igitur secundum commune stylum Rotæ ita præbati debet, videlicet quod beneficium de quo agitur tempore prouisionis, & oneribus

bus deductis valet in portatis centum, & quod per quin-
 que annos ante & post, anno fertili cum sterili computa-
 to, communi estimatione tantum valet, & ita testis de ta-
 li beneficio notitiam habens dicit se scire, & si plus vel mi-
 nus valeret, ipse non ignoraret. Ista practica colligitur ex
 pluribus dictis Doct. simul iunctis, videlicet Bart. & Mo-
 der. in l. pretia rerum. §. si. ff. ad l. Falci. ex Abbate, & Fely,
 in e. cum causa. de test. & Fely. in c. ad aures. de reser. Alex.
 in c. 87. lib. 2. Soci. consil. 8. visis, &c. Moder. in repet. in
 l. 2. in duabus vltimis chartis. C. de rescin. vend. Et latius re-
 allumit duo doctores practici, videlicet Lasfran. de Oria-
 no in repet. c. quoniã. in verb. testium depositiones. num.
 16. cum pluribus sequentibus. de probat. & Angel. Aret.
 in §. si quis agēs. in lit. de action. in quibus locis latissimè
 disputatur circa istam materiam probandi valorem cuius-
 que rei. quæ non curio recensere, cum non faciant ad
 rem, nisi in hoc, quod ex illis allumitur practica probandi
 eo modo, quo superius dixi. Nam probatio valoris in be-
 neficialib. vniiformis est, sed in profanis recipit distinctio-
 nem secundum varietatem rerum, temporum, & locorum,
 prout prædicti doctores scribunt: adeo, quod in vna Bo-
 nonien. emphyteusis voluit Rota de hoc mense Martio M.
 D. XL. coram R. D. Io. Mohedano, quod valor terrarum
 posset probari per testes reddētes rationem, qui vicinus,
 per ea quæ dicunt Orianus & Aret. vbi supra. Et licet mul-
 ti tenuerint contrarium, tamen illa opinio tanquã æquior
 prævaluit, tum etiam, quia adiuuabatur aliis coniecturis:
 sed in materia beneficali talis probatio non recipietur,
 prout neque etiam arrendamenta, licet geminata pro-
 bent, sed requiritur probatio modo, prout superius at-
 ticulatur.

REGVLA DE PVBLICANDIS RE-
 SIGNATIONIBVS.



E T E M idem dominus noster statuit & ordinavit,
 quod quæcunque beneficia ecclesiastica, siue in Rom.
 curia, siue extra eam resignata, nisi de illis facta res-
 signationes: si in Rom. curia, infra sex menses: si extra
 dictam curiam facte, infra mensem, ex tunc ubi die
 illa beneficia consistunt, publicata, & possessio illorum ab eis, quos id
 N N N 3